



**Commentariorvm, Ac Dispvationvm In Primam Partem
Sancti Thomæ Tomvs ...**

Complectens ad viginti sex Quæstiones priores, centum & septem
Disputationes in Capita diuisas

Vázquez, Gabriel

Antverpiæ, 1621

Prædestinationis dari meritum congruum ex auxilio gratiæ, senserunt
Bonauentura, & Ianellus. c. 5.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-80983](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-80983)

quam enim inter eos vlla fuit controuersia, an prædestinationis daretur causa finalis ex parte etiam prædestinati, in sensu adhuc exposito; sed, vt c. i. notauimus, vt daretur causa meritoria, aut im-
petratoria, cuius occasione, & respectu Deus prædestinaret, & in tempore daret primam gratiam an non: nec de toto effectu simul, sed de primo quaestione habuerunt: ideo id, quod docuit Durandus, nihil eorū disputationis interest. Hoc dixerim quod nonnulli hanc Patrum doctrinam, & intentionem non satis intelligentes, quoties audiunt prædestinationis, siue in hoc sensu siue in alio, dari hanc, aut illam causam, statim in Pelagianismum reijciunt. Id quod viros Theologos non decet, qui mentem Patrum, & hereticorum errores bene persectos habere debent.

*Quomodo
veretur
prudencia
circa finem
virtutis ex-
plicatur ex
Arist.*

Porro durandi ratio non probat suppositio-
nem illam, quam diximus: quod enim Arist. ait,
alio modo est intelligendum, videlicet propo-
situm finis abstracti à materia, & circumstantiis, at-
que secundum se considerati, quatenus honestus
est, quem sequitur amor, & propositum virtu-
tis, non proponi à prudentia, nec esse consulta-
tionis obiectum, hæc enim veretur circa parti-
culares circumstantias, & materiam, in qua ratio
virtutis, & finis honesti reperitur, & has in parti-
culari prudentia præfinit. Imo in sententia Ari-
stotelis electio circa finem hoc modo veretur,
vt 1. 2. quaest. 13. a. 1. ostendimus. Quare in diffi-
cultate proposita non est, cur dicamus gloriam,
prout meritis huius reddenda est, ad prudentiam
Dei seu prouidentiam, & prædestinationem non
pertinere: prudentis enim non notandum est, o-
mnibus prouidere media, vt brauium cōsequan-
tur, sed etiam cuique pro dignitate examine præ-
misso laboris, & meriti præmium retribuere. Ipsa
ergo beatitudinis retributio pro his aut illis me-
ritis ad prouidentiam pertinebit. Adde, quod do-
ctrina Aristotelis locū solum habet in fine, quem
sibi aliquis adquirendum proponit qualis est ho-
nestas virtutis, non autem in fine, quem quis al-
teri proponit, vt pro eo consequendo laboret, &
meritis eum adipiscatur. Quare ratio Durandi
nullo pacto probat id, quod contendit.

CAPVT V.

*Prædestinationis dari meritum congruum ex auxi-
lio gratiæ senserunt Bonauentura, &
Laurellus.*

Bonauent.

Bonauentura in 1. d. 4. t. 1. q. 1. alio modo vsur-
pans prædestinationem, quam Scholastici su-
perius commemorati, & Augustinus, ac Patres, vt
inferius patebit, diuerso etiam modo, quam illi,
philosophatur. Nam cum existimet, duos tantum
esse prædestinationis effectus iustificationem vi-
delicet vsque ad perseverantiam, & beatitudinis
cōsequutionem, cumque gratia remissionis pec-
catorum ex meritis congrui detur, infert inde,
prædestinationis gratiæ dari causam meritoriam
de congruo, non de condigno, opera nimirum
omnia, quæ iustificationem præcedunt, & ad il-
lam disponunt, non quidem ex solo libero arbi-
trio facta, sed ex auxilio gratiæ excitantis, & ad-
iuuantis. Id quod disertis verbis ipse notauit in
4. d. 15. 1. p. d. art. 1. q. 5. nam d. illa 41. nihil expresse
dixit. Sed cum idem de prædestinatione, atque de
iustificatione dicat, & de iustificatione d. illa 15.

*23.
Explicatur
Ment. Bonau-
uentura.*

asserat dari ex meritis de congruo, à gratia profe-
ctis non à solo libero arbitrio idem omnino de
prædestinatione d. illa 41. intellexit. Eandem sen-
tentiam sequutus est Chrysost. Laurellus in comment. his-
tor. art. nuper excusis. Cuius sententia quidam no-
stro tempore in Hispania abutuntur ad proban-
dum, Deum non præfinire actus nostros liberos,
cum nihil de ea re meminerit, sed solum dicere
voluerit, prædestinationem non fuisse factam ante
præuisionem boni vsus arbitrij ex gratia Dei. Alij
vero in eadem Hispania seuerius hanc opinionem
notant, existimantes eam Pelagianam esse, &
Aug. aduersari. Ceterum quauis Bonau. & La-
urellus modum loquendi Augustini non seruent,
quia aliter accipiunt prædestinationem, quam il-
le: at re ipsa certe nec ei contradicunt: nec Pelagio,
aut Massil. & Semipelagianis aliquo modo con-
sentient. Nam Bonau. & Laurellus nunquam dire-
runt gratiam primæ vocationis ex meritis arbitrij
dari, aut prædestinari, sed gratiam remissionis pec-
catorum, & iustificationis ipsam fieri in tempore,
& prædestinari in præscientia Dei ex meritis con-
grui præuisionis, non quidem ipsius arbitrij, sed au-
xilij gratiæ: id quod expresse ipsi notant, & ita
prædestinationis causam meritoriam ex nobis cum
gratiæ auxilio concesserunt. Nam prædestinatio-
nem accipiunt tantum pro præparatione iusti-
ficationis, quæ perseuerabit in finem, non pro præ-
paratione omnium, quæ ad iustificationem dispo-
nunt: qui asserere merita aliqua congrua, aut im-
petratoria præcedere iustificationem, & remissio-
nem peccatorum, & eam impetrare, non est Pela-
gianis, aut Semipelagianis consentire, nec Aug.
contradicere: imo vero est expressa doctrina Aug.
discrepans cum Pelagio. Epist. enim 105. contendit
cum illo, vt retractationem, quam in Concil. Pa-
lestino subdole fecerat, dum publice asseruit gra-
tiam sine meritis dari, intelligens per gratiam do-
num creationis, & arbitrij, recte explicaret de ea
gratiæ, quæ est per Christum ad recte viuendum,
& tentationes vincendas, & sine vllis meritis da-
tur, quam Paulus commendat in Epist. ad Rom. &
diuersa omnino est à dono creationis, vt sic in Ec-
clesiæ consortium cum gaudio ab omnibus reci-
pere. Deinde obiecit sibi in hæc verba, Possunt
quidem dicere, scilicet Pelagiani, remissionem peccatorum
esse gratiam, quæ nullis præcedentibus meritis datur, quid
enim habere boni meriti possunt peccatores? quasi dicat
Pelagius fateri aliam gratiam esse præter donum
creationis, sc. remissionem peccatorum. Respon-
dit autem August. continuo his verbis: Sed neque
ipsa remissio peccatorum sine aliquo merito est, si fides
hanc impetrat, neque enim nullum est meritum fidei,
quæ fides, ille dicebat, Deus propitius esto mihi peccatori:
& descendis iustificatus merito fidelis humilitatis, hoc
est, non sufficit si concedat hanc gratiam: nose-
nim cum Apostolo aliam inquirimus, quæ ex
nullis meritis datur, & initium est omnis meriti.
Et epist. 106. concedit nos etiam per gratiam Dei
mereri gratiam bene operandi, quam vocat ipse
caritatem. Iam ergo fateretur August. esse meritum
aliquod remissionis peccatorum, & iustificatio-
nis, nimirum impetratorij aut congrui, quod
idem est: quia fides, quam ibidem dicit esse do-
num Dei, & ex qua iustitia omnis sumit initium,
eam impetrat. Vnde collegit Augustinus non fa-
tis fore, si Pelagius concederet gratiam remissio-
nis peccatorum: quia cum hæc sit ex meritis, non
est

est illa gratia commendata ab Apostolo in epist. ad Rom. quæ præcedit omnia merita; sed necesse esse fateri eadem gratiam, ex qua omnis iustitia sumit initium, quam dicit esse fidem, & vocat gratiam, in qua iustificamur, vel gratiam iustificationis, iuxta phrasin Concil. Mileuitani can. 3. & Africanis sub Bonifacio 1. Can. 78. vt late ostendimus 1.2. q. 109. a. 2. & 114. a. 5. & eodem modo appellatur à Patribus Africanis in epi. 90. & 95. vbi inquirunt gratiam, quam contendebant, vt Pelagius concederet: atque hoc modo viurpati gratiam iustificationis à Patribus, notauit Andreas de Vega lib. 8. super Concil. cap. 13. Hoc dixerim obiter (nam ex professo disputandum est 1.2. q. 114. art. 5.) vt ostendam sentent. Bonau. & Iauelli nihil reipsa fauere Pelagio, siquidem Aug. contra Pelagium disputas, eam expresse docuit. Idem enim omnino est, asserere iustificationem fieri ex meritis impetratoriis fidei, atq; iustificationem ex his meritis prædestinari, vt læpms notatum est. Sic ergo Bonau. & Iauelli asserentes prædestinationem à iustificatione incipere, non cōsentiant Pelagio, nec Aug. aduersantur, dū ex meritis factis auxilio gratiæ, quæ non sunt cōsigna, sed congrua, aut imperatoria, prædestinationem factam esse asserunt.

Hoc autem modo accepta prædestinatione, sententiam hanc reipsa fateri debent, quotquot asserunt, remissionem peccatorum, & iustificationem fieri ex meritis congruis auxilio gratiæ Dei factis, sicut docet viri Catholici doctissimi, Marfil. in 2.

Marfil.

S. Thom.

q. 18. ar. 3. concl. 2. & 3. S. Thom. in 2. d. 27. ar. 4. ad 4. nec ab hac sententia abhorret 1.2. q. 114. ar. 5. vt ibi explicabimus: solū enim negat meritum congruum, primæ gratiæ, quæ est principium omnis meriti, quod est verissimum. Idem docuit Alexand. 3. p. q. 69. mem. 5. ar. 2. §. 1. & Laurentius, Iustinianus in lib. de contemptu mundi cap. 9. Ferrarius. 3. contra gen. c. 149. in fine. Rossensis ar. 1. contr. Lutherum §. Nec tertia similitudo. Andreas de Vega in opus. de iustifi. q. 7. & super Concil. li. 8. c. 8. & sequent. Iodocus Tileranus in apologia pro Concil. Trid. super ca. 8. sess. 6. §. 5. Verum hanc calumniam, vbi hoc meritum appellat impetratorium, Francisc. à Dauentria in exegesi contra confessionem Augustinianam fol. 46. Rursum dicitur: quæ sententia meo iudicio verissima est, vt 1.2. q. 114. art. 5. latius ostendimus. Respondent tamen aliqui Augustinum eam sententiam iam retractasse, sicut illam, quam presbyter habuit, nempe fidem non esse donum Dei, & ea nos primam gratiam à Deo mereri. Verum hæc est manifesta deceptio: nam hæc duo longe diuersa sunt, fidem non esse donum Dei, seu fidem ex propriis viribus profectam promereri primam gratiam: & bonis operibus ex gratia factis, vel ipsa fide, quæ est donum Dei, nos aliam gratiam promereri, aut recte operandi, aut remissionis peccatorum. Licet ergo prius correxerit August. non eo ipso posterius retractauit: imo cum in eis epistolis dicat fidem esse Dei donum, & gratiam sine meritis vllis arbitrij dari, concedit nihilominus meritū aliquod remissionis peccatorum: & sane in doctrina illius epist. quæ post retractationem Pelagij scripta est, nihil est, quod Aug. debuerit retractare. Sed hæc effugia inutilia mittamus. Obijciunt vero Concil. Trident. sess. 6. c. 8. vbi dicit fidem non mereri gratiam iustificationis. Respondeo, quosdam illud intelligere de merito condigno, vt Vega loco cit. ego vero de merito etiam congruo, sed hoc modo, vt Concilium

Alexand.

Laurent.

Iustina.

Ferrar.

Rossen.

Andreas.

Francisc.

Iodocus.

Tileranus.

Vega.

Rursum.

Concilium.

Trident.

Sess. 6.

C. 8.

Vbi dicit.

Fidem non.

Mereri.

Gratiam.

Iustificationis.

Respondet.

Quosdam.

Illud.

Intelligere.

De.

Meritō.

Condigno.

Vt.

Vega.

Loco.

Cit.

Ego.

Vero.

De.

Meritō.

Etiam.

Congruo.

Sed.

Hoc.

Modo.

Vt.

Concilium.

Intelligit.

Per.

Gratiam.

Iustificationis.

intelligat per gratiam iustificationis totam seriem gratiæ à prima vocatione, hæc etiam dici solet gratia iustificationis, & gratia in qua iustificamur, vt notauit disp. 88. cap. 1. Hanc ergo, inquit Concil. fides non meretur, vt indicet ab ipsa fide oriri iustificationem, & illam non esse ex proprijs viribus, sed inter Dei dona connumerari, sed de hoc latinis suo loco.

Nec Semipelagianis, aut Massiliens. aliquo modo fauent Bonau. & Iauellus: primum, quoniam si ipsi Semipelagianis faueret: eisdem etiam faueret Aug. Epist. 105. & dum contra Pelagium ageret, in Semipelagianismū inclinaret: quod est plane falsum. Nam ipse ibi contendit, initium omnis iustitiæ, & meriti etiam minimi esse fidem, atqui eo tempore iam satis instructus erat contra hos Massil. ita ergo contra Pelagium inquit gratiam vocationis, quæ sine meritis arbitrij datur, vt etiam contra Semipelagianos omne initium boni operis, aut volūtatē ex nobis, propter quod gratia datur, excludat. Deinde Massil. ita causam prædestinationis gratiæ concedebant, vt dicerent, primam gratiam vocationis, meritis, aut initio aliquo bono liberi arb. retribui. Id vero nullo modo asserit Bonau. & Iauellus, sed ex operibus factis auxilio gratiæ, dicunt fieri iustificationem; quæ opera appellantur dispositiones, & merita congrua, non condigna; ergo reipsa hi duo Doctores nihil docent contra Aug. sed in modo loquendi ab eo dissentiant, cum asserunt prædestinationem esse solum præparationem, & præfinitionem æternam iustificationis, & perseverantiæ; cum reuera Aug. c. iusq; discipuli prædestinationem appellēt præparationem omnium donorū gratiæ à prima vocatione vsq; ad finem, nam quoties ille contra Pelagium, aut Massil. probat, prædestinationem fieri sine meritis præuisis, loquitur non de gratia, qua formaliter remittuntur peccata, sed qua ad iustitiam vocamus, & incipimus, vt ex epist. citata constat, & ex lib. de prædest. Sancti c. 10. & 2. de bono pers. ca. 14. cum asserit, prædestinationem esse gratiæ præparationem, aut beneficiorū Dei, quibus certissime saluantur, quicunque saluantur, vt disp. 89. ca. 8. retulimus. Sic etiam Fulgent. locis à me cit. c. 3. & 4. huius disp. effectibus prædestinationis initia nostræ vocationis annumerat: cumque hæc sit communis prædestinationis acceptio, & definitio, eaq; nihil amplius habeat difficultatis quā sententia Bonau. non est, cur communi acceptione relicta, hanc peculiarem Bonau. & Iauelli sequamur. Quomodo vero, etiam si ante iustificationem multa dentur auxilia, quæ videntur communia reprobis, & prædestinatis, nihilominus in prædestinatione nō sint effectus communis prouidentię sed prædestinatis. disp. 93. c. 1. dicemus.

Bonauentura
& Iauelli o-
pinio Semi-
pelagianis nō
fauet.

Augustini

Gratiā quo-
modo vsu-
pet
August. cum
aduersus Pe-
lagianos dis-
serit, Fulgē.

CAPVT VI.

Prædestinationis primæ gratiæ causam esse bonum vsum
futurum ipsius gratiæ existimant
Alexan.

Hæcenus recensuimus varias Scholasticorū opiniones, quæ cum viderentur Aug. aduersari reipsa, non opponuntur, sed sola voce ab eius sententia differunt, & à questione quam sepius disp. longius distant si quid etiam continent falsitatis aperuimus. Iam vero duæ alię supersunt, quæ circa controuersiam, quam habuit Aug. cum Pelag. & Massil. propius versantur. Est igitur quarta

in